Saint-Amand (?) und Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



332

Audite in psalmo quo prophetio redempti sumus. Foderunt inquid manus meas & pedes dinumerauiomnia ossa mea. Ipsi uero considerauerunt & conspexerunt me. diuiserunt sibi uestimenta mea. & sup uestem meam miserunt sortem. Quare diuisores uestimentorum dñi esse uultis. & tunicā illā caritatis desup extectam. quam nec persecutores eius diuiserunt tenere cum toto orbe nonuultis. In psalmo ipso legitur. quia totus orbis eam tenet. Commemorabuntur inquid & conuertentur ad dñm uniuersi fines terre. & adorabunt in conspectu eius uniuersae patriae gentium. Quo ipsius est regnū. & ipse dominabitur gentium. Aperite aures cordis. & audite quia dñs locutus est & uocauit terrā. A soli ortu usq: ad occasum. ex ison species decoris eius. Si hoc non uultis intellegere. audite euangeliū ut ipse proprium loquente ipso dño & dicente. Quia oportebat dexpocumplere omnia. quae de illo scripta sunt in lege & pphetis. & psalmis & prediçare in nomine eius paenitentiā. & remissionem peccatorum omnes gentes incipiens ab hierusalem. Quod in psalmo dixit uocauit terrā a soli ortu usq: ad occasum. hoc in euangelio omnes. Et quod in psalmo dixit. Ex sion species decoris eius. hoc in euangelio dixit incipiens ab hierusalem. Fingitis uos ante tempus messis fugire permixta zizania. quia uos ecclesiastis legere dicitis. & ase g & expi. non uos diuidere dicitis. De zizaniis quidem dictum est. Quia abundauit iniquitas. refrigescet caritas multorū. Sed & de arriaco dictum est. Qui perseuerauerit usque in finem hic saluus erit. Quare credidistis creuisse zizania. & mundum repleuisse. erucum autem decreuisse & in sola africa mansisse. Xpianos uos dicitis. & expo contradicitis. Ipse dixit. Sinite utrumq: crescere usq: ad messem. Non dixit crescant zizania. decrescant frumenta. Ipse dixit. ager est hic mundus. non dixit ager est africa. Ipse dixit messis est finis sēc. si dixit messis est. tēpus donati. Ipse dixit messores angeli sunt. non dixit messores principes ecclesiarum. Sed quia pzizaniis erucum accusastis. uos esse zizania demonstrastis.